

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Septima, continens Regulas IV. circa doctrinam Causae et Causati Respondente publice Johanne Herzogt Numburg.

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Disputationum Philosophicarum

SEPTIMA,

conticens

REGULAS IV.

circa doctrinam

CAUSÆ ET CAUSATI

RESPONDENTE

publicè

JOHANNE Herzogf/ Numburg.

REGULA I.

Idem est causa contrariorum.

I.

Non est existimandum, Aristotelem hoc
 effatum, quod nobis II Phys. t. 31. V. Me-
 taph. c. II. reliquit, tanquam universale
 voluisse proponere. Patet id ex verbis e-
 jus: *Præterea, inquit, eadem est contrariorum
 causa. Quod enim cum adest, alicujus rei causa
 est, id cum abest, contrarii interdum causam esse
 dicimus.* Vox, interdum, indicat, fieri posse,
 ut idem sit causa contrariorum, necessarium au-
 tem id non esse.

II. Quamquam autem exemplo causæ efficien-
 tis tantum id Philosophus probat; nos tamen
 cum Fonseca & Suarezio in omnibus causarum
 generibus considerabimus. Et quidem, ut de for-
 mâ, in quâ res præ cæteris clara videtur, primò

M

vi

videamus, dicimus, *nihil esse causam formalem, contrariorum*. Ratio est, quia est aliquid forma, vel causa formalis per hoc, quod tanquam actus dat esse effectui, exhibend suum ô ipsius esse proprium. Si ergò esset forma contrariorum, necesse esset, ut ipsa in se actu haberet plura esse contraria quod absurdum.

III. Sed hic obstat, quod idem argumentum, quò ostendit Aristoteles, idem posse esse causam efficientem contrariorum, etiam efficax esse videtur de causâ formali. Argumentum est hoc: Idem suâ præsentia est causa conservatiõnis, absentia corruptionis, sicut gubernationis absentia est causa naufragii, cujus præsentia erat salutis. Ergò idem potest esse causa contrariorum. Eodẽ modo de forma licet argumentari. Nam præsentia luminis est causa formalis luminosi, absentia vero tenebrosi. Item anima suâ præsentia causa est ut corpus sit animatum, absentia, ut sit inanime. Eadem est ergò causa formalis contrariorum.

IV. Respondet Suarez *disp. Met., XXVI. s. VI. §. 4.* absentiam formæ non esse ipsam formam & ideo instantiam esse nullam. Verùm nec absentia nautæ ipse nautæ est, ex eo nihilominus, quod ejus præsentia conservatiõnis, absentia submergiõnis causa est, idem dicitur esse causa efficiens contrariorum. Cur non ergò, quia præsentia luminis luminosi, absentia tenebrosi causa formalis est, eadem dicitur esse causa formalis contrariorum.

V.

V. C
materia
Cum en
& verò
cipi sub
se simu
men po
causa n
materia
ma, tuc

VI. I
tùm ext
rum ren
sam esse
bus inte
Suarez
quitur,
nunc at
tu sanit
amat m
rem mo
re, prop
amat.
mentu
hemem
cat, ear
alvum
reziuum

VII.

V. Quantum ad causam materialem, eadem materia non potest esse causa contrariorum simul. Cum enim materia sit causa recipiendae formam, & verò contraria non possunt simul in eodem recipi subiecto, sequitur eandem materiam non posse simul esse causam contrariorum; successivè tamen potest. Eadem enim numero aqua e. e. est causa materialis modo frigidi, modo calidi, & materia prima est subiectum tum cujuslibet. formae, tum privationis ejus.

VI. Finem eundem & contrariorum actuum, tum exteriorum, tum interiorum, & contrariorum rerum, quae propter finem conficiuntur, causam esse posse censemus, quamvis Suarez de actibus internis dissentiat. Id patet ex exemplo ab ipso Suarez adducto. Ex affectu sanitatis, ut ipse loquitur, idem homo nunc excitatur ad motum, nunc ad quietem. Annon autem, quando intuitu sanitatis excitatur ad motum, propter ipsam amat motum? Si autem intellexerit, ulterius motum noxium & sanitati perniciosum fore, propter eandem eum ad versatur, & quietem amat. Ita propter sanitatem praeparatur medicamentum evacuans; sed si evacuatio sequatur vehementior & crebrior, quam valetudini conducatur, eam odimus, & medicamenta ad sistendum alvum facta expetimus. Plura vide apud Suarezium.

VII. Repetenda porro est ex Reg. V. disj. V. di-

distinctio inter causas liberas, sive agētes cum ratione & inter naturales. Quæ cum ratione agunt, possunt contraria agere, ita Aristoteles IX. *Met. c. II. potentia, quæ sunt cum ratione, sunt contrariorum. Et ibid. c. IX. Potentia sunt contradictionis omnes quæ sunt cum ratione.* Potest ergo id, quod agit cum ratione, per se & suâ natura esse causa tum contradictionis oppositorum, tum contrariorum. Illud, quia positus omnibus ad agendum requisitis in ejus potestate est agere & non agere, quemadmodum homo de præsentis cibû potest gustare & non gustare, positusque chartâ, atramento, calamo, pro arbitriû suû potest scribere, & non scribere, & hæc dicitur libertas contradictionis sive exercitiû. Hoc, quia positus omnibus ad agendum requisitis, iisque unâ cum ipsû agente eodem modû sese habentibus, potest contraria agere, sicut homo præ lubitû potest ascendere & descendere & bonum & malum eligere, quæ dicitur libertas contrarietatis, & quoad speciem actus. At agens naturale & rationis expertum est unius, sicut habetur *cir. c. II. Lib. IX. Met.* i. e. per se est determinatum ad unum, quia positus omnibus ad agendum requisitis, necessariû agit, & non potest non agere, & semper ipsa & omnibus requisitis eodem modû constitutis, idem facit, sicut appositum combustibile ignis semper comburit, & non potest non comburere, semper calefacit, neque potest frigefacere.

IIX.
strâ pro
cum ra
re. Ut
gubern
cumqu
presen
dem qu
est, qu
tionis,
igitur
trario
ad sunt
gendur
tenus i
dô nat
rum, a
re plur
IX.
exempl
radii, c
bernate
interitu
tur pro
presen
te sit, o
gere.
rerum
non sic

IIIX. DICIS: Philosophum in præsentī nostrā propositione allatum discrimen inter causas cum ratione & naturaliter agentes non attendere. Utitur enim ad eam confirmandam exemplo gubernatoris, qui est causa agens cum ratione, cumque asserit esse causam unius contrariorum, præsentia suâ, alterius absentia. At hęc modò idem quoque agens naturale contrariorum causa est, quemadmodum Sol ad nos accedens generationis, recedens corruptionis causa est. Ostendit igitur Aristoteles solùm, aliquid esse causam contrariorum, per hoc, quod requisita ad agendum adsunt vel absunt (præsentia enim agentis ad agendum necessarium est requisitum) aut quatenus ipsum diversimodè sese habet. At hęc modò naturalia agentia æquè sunt causæ contrariorum, atque liberè & cum ratione agentia; quâ de re pluribus suprâ cit. Reg. V. disp. V.

IX. Respondemus, in adducto gubernatoris exemplo discrimen tam esse clarum, quam Solis radii, cum sudum est. Res enim ita habet: Gubernator præsentia sua incolumitatis, absentia, interitus navis, & sic contrariorum causa esse dicitur propterea, quod ipse quoque causa est tum, præsentia, tum absentia suâ, cum in ejus potestate sit, oborta tempestate & manere in navi, & fugere. At Sol suo ad nos accessu generationis rerum autor est, abscessu corruptionis, ita ut ipse non sit causa sui accessus & recessus, nec id, ut

patet, in ejus potestate est. Unde cū Aristoteles
 r. 56. L. II. de gen. & corr. dixisset, Solem accessu ge-
 nerare, abscessu corrumpere, subjungit non hoc:
*eadem est causa contrariorum; sed illud, contrari-
 orum contraria sunt cause.* Quod si gubernator
 nō esset causa presentiae suae; per hoc, quod essen-
 tia salutis absentia infortunii causa est, non asse-
 rendū esset, contrariorum eandem, sed contrarias
 causas esse, cū presentia & absentia contraria
 sint, sicut conservatio navis & submersio. Vide
 plurā apud Suarezium, *l. cit.*

X. Ex quā doctrinā quoque patet, quid respon-
 dendum sit ad illud, quod supra §. III. de forma
 adductum fuit. Non valet consequentia, ab illā
 argumentatione Philosophi de gubernatore, ad
 illam de formā. Manifesta est ratio diversitatis,
 cū, quod presentia luminis luminosi, absentia
 tenebrosi causa formalis est, potius contrarium,
 contrarii. & non idem contrarii causa formalis
 dicendum sit, quod absentia & presentia luminis
 contraria sint, nec forma ipsa sit causa suae pres-
 entiae & absentiae, sicut gubernator est.

REGULA II.

*Propter quod unumquodque tale est,
 illud magis tale est.*

I. Celeberrimam hanc omnium sermone pro-
 positionem ad doctrinam causarum spectare, &

& de c
 patet p
 pta est.

Prop

g

Atq

n

E. p

Consta

dunt,

conclu

deoque

missas.

se caus

Verba

εκατον

εκατον

και πη

λων, ο

II.

Aristot

τι των

κατων

το αιτι

το τοις

quodq

id, qu

ignis ca

loris in

& de causa de loqui, propter quam aliquid est, patet primo ex ipso t. 15. lib. 1. Post. ex quo desumpta est. Ibi enim Philosophus ita argumentatur

Propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est.

Atqui conclusioni fidē habemus propter præmissas.

E. præmissis magis fidem habemus.

Constat autem ex iis, quæ textum illum præcedunt, præmissas in demonstratione esse causas conclusionis, & considerari ibi ut ejus causas, adeoque conclusioni nos assentiri propter præmissas, nihil aliud significare, quàm præmissas esse causas, cur conclusioni assensum præbeamus. Verba Aristotelis hæc sunt: *Αει γδ δι' ο' υπέρχει έναςον, εκείνο μάλλον υπέρχει, οιον δι' ο' Φιλῶν, εκείνο μάλλον Φιλον, ὡσε' εἰπερ ἴσμεν διὰ τὰ πρῶτα καὶ πρῶτον, καὶ κείνα ἴσμεν τε καὶ πρῶτον μάλλον, ὅτι δι' εκείνα καὶ τὰ ὑστερον.*

II. Præterea evidentissimum id est ex verbis Aristotelis II. *Μετaph. t. 4. έναςον ἢ μάλιτα αὐτῶν ἄλλων, καθ' ο' καὶ τοῖς ἄλλοις υπέρχει τὸ συνώνυμον, οιον τὸ πῦρ θερμότερον, καὶ γδ τοῖς ἄλλοις τὸ αἶτιον τῶν τῆς θερμότητος. ὡσε' καὶ ἀληθέστατον τὸ τοῖς ἐτέροις αἶτιον ἔ' ἀληθέσον εἶναι. Unumquodque est maxime, secundum quod aliis inest id, quod est, ejusdem nominis ἔ' rationis, sicut ignis calidissimus est propterea, quod est causa caloris in aliis. Quare ἔ' illud est verissimum, quod*

posterioribus est causa, ut sint vera. Hic axioma primis verbis propositum ejusdē sensus esse cum illō nostro, quod ex *textu 15. L. I. Post.* adduximus, & de quō modō agimus. Interpretēs, aliq; Viri eruditissimi fatentur. Sicut nec id, quod de verō inde infert Aristoteles, valdē ab simile ei est discursui, quem *in cit. t. 15. L. I. Post.* nobis reliquit. Est igitur sententia nostrā Regulæ: *Quod est causa, propter quam aliquid alicui competit, illi id magis competit.*

III. Est, qui Regulam istam restringit ad solam causam finalem propterea, quod *non propter solam causam finalem significet.* Sed rationem hanc nullam esse, vel ex *solō t. 7. L. I. Post.* palam est. Ibi enim cum doceat Philosophus, scire esse cognoscere causam propter quam, non solum finem denotari, cum scientia non solum fiat per causam finalem, iis etiam notum est, qui vix primis labris doctrinam demonstrationis gustarunt. Et quis nescit, præpositionem *dicā propter*, ad omnia causarum genera porrigi *t. 68. Lib. II. Phys.?*

IV. In eādē sententiā est Mendoza *disp. Log. XI. f. III. §. 19.* *Nam in efficiente, inquit, est falsum. Homo enim est creatura propter Dñm. E. & Deus magis est creatura: Item in causā formali est falsum, ut: homo est propter animam. E. ipsa anima magis erit homo: Item in materiā est falsum, ut: cathedra est propter lignum. E. li-*
gnum

gnum
Est enim
tur prop

V. J
contrar
causā e
allere.
quatur

E. sanj

VI.

stoteli,

usurpav

magis s

hanc pr

nis poti

ii etiam

Regulat

strat ex

inde cor

da. At

sed effie

VII.

mati, e

mamus

gis ama

reā, qu

c. V. de

norem.

colloce

gnum est magis cathedra. In solâ finali est verum. Est enim hæc bona consequentia: Medicina amatur propter salutem. E. salus magis amatur.

V. Javellus *Comp. Log. tract. XI. c. II.* planè contrariam fovet sententiam, & statuit, in solâ causâ efficiente locum invenire. Nam in finali fallere, inde probari posse putat, quod non sequatur: homo de ambulat propter sanitatem. E. E. sanitas magis deambulat.

VI. Verùm utraque sententia adversatur Aristoteli, ut qui eam in utrôque causarum genere usurpaverit. Probavit per eam, præmissas nos magis scire, quàm conclusionem, quod sciamus hanc propter illas. Præmissas autem conclusionis potiùs efficientem, quàm finalem causam esse, ii etiam nôrunt, qui nondum ære lavantur. Et Regulam illam ex *II. Met. t. 4.* propositam illustrat exemplô ignis, eumque calidissimum esse, inde constare ait, quod causa sit, cur alia sint calida. At ignis causa caloris in aliis est, non finalis, sed efficiens.

VII. Idem Aristoteles ut lucem adderet axiomati, eo proposito subjunxit, propter quod amamus, illud magis amari, sicut filium nos magis amare constat, quàm præceptorem, propterea, quòd hunc propter illum amamus. *L. I. Eth. c. V.* demonstrat, summum bonum non esse honorem, in quo οἱ χαίροντες καὶ περὶ αὐτοῦ ipsum collocent, propterea, quòd honorem expetant.

propter opinionem virtutis, ut nimirum ex honore, quò afficiuntur à prudentibus & notis, homines colligant, ipsos virtute esse præditos; magis igitur eos virtutis opinionem expetere, & per consequens virtutem pro re præstantiori habere. Quam collectionem, quæ & ipsa nostrâ nititur. Regulâ, unâ cum præcedente ad causam finale pertinere, nemo non videt. Similis argumentatio occurrit *I Eth.c.I.*

IX. Manifestum, autem est ex dictis §. IV. & V. ut & hoc, quod non sequitur: *homo est ebrius propter vinum. E. vinum magis est ebrius, & similibus exemplis, non ita nudè & simpliciter Regulam esse intelligendam, sed certâ opus esse explicatione.*

IX. Plerique in hoc consentiunt, necesse esse, ut prædicatum, quod alicui propter aliud inesse dicitur, etiam illi propter quod inesse dicitur, inest. Ita sanè expressè Philoponus: *Φαμὲν ἄν, ἰνquiries ὁπαιλοῦνται τὴν ἀπορία, ἵτι ὅταν δύο δυοὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχει, ὑπάρχει ἢ τῷ ἐπέσω τέτοιον τὸ αὐτὸ διὰ τὸ λοιπὸν, ποῦ ἂν δὴ πρὸς ἄπερσιν καὶ μᾶλλον ἐκείνῳ τὸ ὑπάρχει.* Eodem modo rem exponit Themistius.

X. Ubi cavendum, ne prædicatum, quod causa inest, per accidens ipsi competat ratione effectus, ut si quis dicat, parietem esse album propter tinctorem, non rectè inde colliget, tinctorem magis esse album, quamvis fortassis tinctor, quo

quoque
ctore in
per acci
nim Act

XI.
proffit:
reflectat
quoque
aut alia

valida si
pter Sol
mus pro
mus. L
li inest; d
petit. I
ti reflexi

quia Sol
nitatem

Contrâ
vinum, e

non con
non est e
mo est e
tè falsu

XII.
in §. IX
scilicet

reat vel
Optima

quoque albus sit; propterea, quod albedo in tintore nihil confert ad dealbationem. sed plane per accidens ad illum effectum se habet. Alias enim Æthiops non æquè dealbare posset.

XI. Cajetanus *in cit. t. 15. L. 1. Post.* hæc ita expressit: Necesse nimirum esse ut nomen effectus reflectatur super causam, h. e. ut effectus causæ quoque adjungatur mediante conjunctione *quia*, aut alia causali, loco præpositionis *propter*. Hinc validæ sunt hæc argumentationes: Luna lucet propter Solem. E. Sol magis lucet. Medicinam amamus propter sanitatem. E. sanitatem magis amamus. Lucere enim non Lunæ tantum, sed & Soli inest; & amari tum Medicinæ, tum sanitati competit. In antecedente verò utriusque argumenti reflexio Cajetani hoc modo fit: Luna lucet, quia Sol lucet; Medicinam amamus, quia sanitatem amamus, quæ quidem verissima sunt. Contrà elumbe est hoc: Homo est ebrius propter vinum, ergò vinum est magis ebrium quia ebrius esse non competit utriq; extremorum. Vinum enim non est ebrium; & si fiat reflexio hoc modo: Homo est ebrius, quia vinum est ebrium, tunc aperte falsum est.

XII. Ubi id quoque notandum, verbum *in esse* in §. IX. non ita strictè esse accipiendum, quasi scilicet necesse sit, ut prædicatum utriusque inhaereat vel insit, sicut calor igni, aut frigus aquæ. Optima enim est illatio: Medicina diligitur propter

ptez

pter sanitatem; ergò sanitas magis diligitur; cum nihilominus dilectio neque sanitati, neque medicamento, sed homini ea diligenti, reverà insit. Sufficit prædicatum utrique tribui, etsi illud fiat per denominationem extrinsecam.

XIII. Quidam occupati in hoc Syllogismo. Propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est,

Atqui rex habet suam potestatem propter proceres, in regno scilicet electio.

Proceres ergò magis & majorem potestatem habent.

Dicunt Regulam procedere in causis naturalibus, non in voluntariis, & idcirco mirum non esse, istam argumentationem fallere, cum proceres sint auctores potestatis regie, tanquam causa voluntaria.

XIV. Verum non opus est istam distinctionem & limitationum multiplicationem. Expedita est responsio ex iis, quæ §. IX. & XI. diximus. Nempe proceres summam potestatem, postquam eam in Regem contulerunt, amplius non habent. Id igitur, in quo Rex & Proceres comparantur, his non competit, quando illi inest, Et qui reduplicatione adhibita dicit, Regem habere summam potestatem, quia proceres habeant, falsum dicit. Eòdem morbo laborant omnia alia argumenta, quibus illi, Regulam in voluntariis causis non valere probare conantur.

XV. Hinc etiam sumitur responsio ad argumentum.

menta M
objectum
venit utri
reflexio i
datur fals
nec anim
lare, nequ
cit; hom
Petrus et
deambul
ebrius, q
mè reced
concedit
vel quia
causa, pr
XVI.

gula sen
hactenus
filius est
diligit m
det prop
gis hom
pter Deu
videt qu
XVII.

proponi
debere r
Alberti
bricensi

menta Mendozæ & Javelli, & id, quod s. IIX. objectum fuit. In illis enim prædicatum non convenit utrique, siquidem non convenit causæ & si reflexio illa Cajetani instituatur, antecedens redditur falsum. Neque enim Deo esse creaturam, nec animæ hominem esse, neque sanitati deambulare, neque vino ebrium esse, competit. Et, qui dicit; homo est creatura, quia Deus est creatura; Petrus est homo, quia anima est homo; homo deambulat, quia sanitas deambulat; homo est ebrius, quia vinum est ebrium; à verò longissimè recedit. Quantum ad illud de cathedra, non conceditur, hoc esse cathedram propter lignum, vel quia lignum sit cathedra, cum lignum non sit causa, propter quam aliquid cathedra est.

XVI. Verùm neque dum satis explicatus Regulæ sensus esse videtur. Observatis enim iis, quæ hæcenus attulimus, adhuc dantur instantiæ. Nam filius est homo propter patrem, & hic homo non diligit mundum propter Deum: Item homo videt propter oculum; nec tamen pater est magis homo, nec ille, qui mundum non diligit propter Deum, magis non diligit, nec oculus magis videt quàm homo,

XVII. Propter hæc & alia alii aliàs insuper, proponunt cautelas, quarum I. est, prædicatum debere recipere magis & minus: quæ limitatio est Alberti, Tatareti, Zimaræ, Zabarellæ, Conimbricensium, & multorum aliorum, & hanc ob

CAU

causam illam argumentationem : *Filius est homo propter patrem, ergo pater magis est homo, delirare dicunt. Homo enim, tanquam substantia, non recipit magis & minus. II. Non valere regulam in effectibus privativis: quam Toletus dicit esse Lovaniensium; & hanc ob causam non esse sanam illam collectionem: Ille non diligit mundum propter Deum. Ergo Deum magis non diligit. III. Debere esse diversa prædicata in utroque extremo comparationis, & propterea non valere; Homo videt propter oculos. Ergo oculus magis videt.*

XIIX. Verùm enim verò hæc paulò accuratius examinanda sunt. Agemus prius de secundâ conditione, quod in eâ res præ reliquis plana videatur. Dico igitur, eâ nihil opus esse. Hæc certè argumentatio est optima: Non faveo huic homini propter scelera. E. sceleribus magis non faveo. Ubi tamen aequè est effectus privativus, ut cum Toletò loquar, atque cum dico: Non amo mundum propter Deum. Deum magis non amo. Cur autem in hoc exemplo non procedat, & sit consequens falsum antecedente verò, res clara est, ex antea dictis, quia scilicet, si reflexio adhibeatur, antecedens quoque negandum est. Si enim dicas de eò, qui mundum non diligit propter Deum, hic mundum non diligit, quia Deum non diligit, falsum dicis. Ille enim idèd potius non diligit mundum, quia Deum diligit. Hic igitur verò non diligi non competit utrique extremorum, quando quidem competit, sed non Deo. XIX

XIX. C
producen
in eâ re. a
cepror' m
doctum e
liud requ
& consec
que, ean

XX.
unt, quo
sione, ita
gis esse est
vit accip
requiri,
At isti r
nullò de
ferat cor
cut ex s.
ptorem e
discipulo
urgent,
ut aliud
agunt, n
gumenta
ergo par
scipulus
est doct
jare doct

XXI.

XIX. Contra primam conditionem disputant, producendo hoc exemplum: *Discipulus est doctus in eâ re, quia Præceptor est doctus in eâ re.* E. Præceptor magis est doctus seu doctior in eâ re. Hic licet doctum esse recipiat magis & minus, & nullum aliud requisitum desit, antecedens potest esse verum, & consequens falsum. Potest enim fieri, ut uterque eandem rem æquè sit doctus.

XX. Hi igitur duplicem Regulæ sensum faciunt, quorum unò *magis* intelligitur de intentione, ita ut *magis esse* sit *intensius esse*; altero *magis esse* est *majori jure esse*. In priori sensu consuevit accipi, quando asseritur, ad veritatem Regulæ requiri, ut prædicatum recipiat magis & minus. At isti rejectio hâc sensu, propterea, quod in eo, nullò deficiente aliò requisitò, argumentatio inferat consequens falsum ex vero antecedente, sicut ex *s. præc.* patet, cum non necesse sit, Præceptorem esse intensius doctum, licet propter ipsam discipulus doctus sit, posteriorem acceptant & urgent, ita ut sensus Regulæ sit: *Quod est causa ut aliud sit, id majori jure est.* Hoc modo jam agunt, nihil falsi inferre, sed legitimas esse has argumentationes: Filius est homo propter patrem; ergo pater magis, i. e. majori jure est homo. Discipulus est doctus in eâ re, quia Præceptor in eâ est doctus. E. Præceptor est magis, i. e. majori jure doctus.

XXI. Sed neque hæc sententia ab omni ictu
cuta

ruta est. Offert enim se hujusmodi instantia: Hic homo amat vetulam uxorem propter nummos. Ergone majori jure nummos amat? Apostoli odio fuerunt habiti propter Evangelium. Sed fuitne Evangelium majori jure odio habitum?

XXII. Alii viri eruditissimi, cum & ipsi statuant, propter instantiam §. XIX. allatam, Regulam non posse intelligi Metaphysicè, sicut ipsis loqui libet, de majori formæ intensione, dicunt, Topicè esse accipiendam, de majori probabilitate. Bonas igitur has sequelas esse: Discipulus est doctus propter Præceptorem. E. magis probabile est, Præceptorè esse doctum. Filius est homo propter patrem. E. magis probabile est, patrem esse hominem. Ratio eorum est, quia dialectica argumentatio est probabilis. E. omne etiã istius principium cum hæc limitatione intelligi debet.

XXIII. Verùm & de hæc explicatione non immeritò dubitatur. A mente Aristotelis sanè aliena esse videtur. Non enim cum ille docet, vi hujus Regulæ conclusionem esse notas propter præmissas, & propterea præmissas esse notiores, hoc vult, præmissas esse notam probabilius esse, quàm conclusionem esse notam; sed id dicit, præmissas in se simpliciter & naturâ suâ esse notiores. Similiter quando dicit: illud, propter quod amamus, magis amari; non hoc vult, probabilius esse, id amari, sed perfectius & majori amore amari.

XXIV.

XXIV. conclude
principi
loqui de
vox expo
nè omne
ca proba
te intelli
sio mod
somparsa
magis ta
aère, erg
tationis
ratiuus
probabile
magis fi
quam eff
ne, quod
men stat
Probabil
tale. Et
fitis vell
exponer
deres? N
um pro
magis ta
principi
probabi
probabil

XXIV. Sed nec rationem hujus limitationis concludere arbitramur. Viderur enim aliud esse, principium aliquod esse probabile, aliud, ipsum loqui de probabilitate, ita scilicet, ut in eo aliqua vox exponenda sit per vocem probabile. Si sane omne principium argumentationis Dialecticæ probabile, non tamen statim de probabilitate intelligendum est ita, ut in eò vox quædam distinctò modò sit exponenda. Nam hæc propositio: *comparativus presupponit positivum, sive quod est magis tale, illud est tale.* (ut, aqua est frigidior aère, ergò est frigida) est principium argumentationis dialecticæ, nec tamen propterea *comparativus vel tò magis* exponendum est per *magis probabile* sicut non est sensus, cum aqua dicitur magis frigida quàm aër, probabilius esse, aquam esse frigidam, sed intelligitur de intensione, quod intensius frigida sit; cum hoc ipso tamen stat propositionem illam esse probabilem. Probabile enim est id, quod est intensius tale, esse tale. Et si in locis omnibus *Lib. III. Top.* propositis velles comparativum per magis probabile, exponere, quàm longè à mente Aristotelis recederes? Hinc ergò non sequitur. Hoc principium propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est, est dialecticæ argumentationis principium. E. intelligendum est cum limitatione probabilitatis, h. e. *tò magis* idem est, quod *magis probabile*; quia posito, *tò magis* significare idem.

N

quod

XXIV.

quod *intensus*, vel *majori jure*, id non obstat, quò minus ipsum sit principium argumentationis dialecticæ, Alia, quæ fortassis circa istam expositionem afferri poterant, consultò jam omittimus.

XXV. Ut autem meam sententiam ulterius de primâ conditione aperiâ, ex hætenus dictis constat, Autores ejus illam introduxisse, motos hóc & similibus argumentis; Filius est homo propter patrem, sive quia pater est homo. E. pater magis est homo. Dicunt enim, hoc argumentum non procedere, cum antecedens verum sit, consequens falsum, propterea, quòd homo non recipiat magis & minus, i. e. non sit capax intensiõnis & remissionis. At mihi non opus esse videtur, ut ad hoc confugiamus. Puto enim, ipsum antecedens, quod pro verò haberi solet, falsum esse. Filius enim non propter patrem, sed ex propriâ naturâ, & propter hoc, quòd constat ex corpore organicò & animâ rationali, est homo. Ita ipsa Zabarella de scient. nat. constir. c. XVI. quando inquit: *Quamvis filius sit à patre genitus, non est tamen homo à patre, sed à suâ formâ.*

XXVI. Quòd attinet ad argumentum §. XIX. propositum, quò prima illa conditio rejiciebatur, salvo aliorum judiciò existimo. & híc antecedens non esse verum, siquidem ad ejus veritatẽ requiritur, ut Præceptor sit causa proxima, adequata & propter quam, quemadmodum nec ullum dubiũ est, quin de hujusmodi causâ Aristo-

teles in
non est
randam
requirit
& frequ
quàm ca
paratur
XXV
& filiò.
entia ad
nem, de
Regulæ
cipiat
aut pro
est prob

XXI
mitur
nem ali
sus & r
nus cal
quocun
gis & r
mento
esse ma
gnum
quorum
remisi
nus no
nus ei

teles in Regulâ nostra loquatur. At talis causa non est Præceptor in posito exemplo. Ad comparandam enim eruditionem, præter Præceptorem requiritur in discipulo ingenium, item attentio & frequentia actionum, quibus imprimis, & tanquam causâ proxima, habitus & eruditio comparatur.

XXVII. Ex quibus constat, exempla de patre & filio, præceptore & discipulo, non esse sufficientia ad extorquendam illam primam conditionem, de quâ §. IX. quod scilicet ad veritatem Regulæ requiratur, ut commune prædicatum recipiat magis & minus; vel ut particula *magis*, aut pro eò, *quod est majori jure*, aut pro eò, *quod est probabilius*, accipiamus.

XXIX. Magis & minus recipere bifariam sumitur primò, ut sit per intensiorem & remissionem alicujus formæ, sive ut idem est, quod intensus & remissus, quomodo aliquid magis vel minus calidum aut frigidum dicitur. Secundo pro quocunque modo prædicari cum adverbis magis & minus, quomodo Aristoteles in prædicamento substantiæ docet, Substantiam primam esse magis substantiam quàm secundam, & lignum unum dicitur alio magis vel minus longum, quorum neutrum tamen fit per intensiorem & remissionem. Priori modo recipere magis & minus non requiritur ad veritatem Regulæ. Putamus enim secundum eam rectè ita colligi: Sub-

stantia est N 3 magis longum

stantia secunda est substantia propter primam. E. prima Substantia magis est substantia, quamvis Substantia, ut vidimus, non dicatur magis vel minus per intensiorem & remissionem. Posteriori modo peculiarem id constituere conditionem aut limitationem, nondum ego ullò vidi obtentum argumento. Fortassis enim observatis iis, quæ superius attulimus, Regulæ suam constat robur, etsi istud de magis & minus non observetur.

XXIX. De tertiâ conditione non videtur facile esse pronuciare. Quantum ad exemplum de oculo, nescio, annon responderi possit, antecedens laborare. Quod evidentius esse videtur, si reflexio illa adhibeatur. Si enim quæsitus, quam ob causam homo videat? responderis, propterea, quod oculi ejus videant: inepta fortassis & ridicula videbitur responsio. Sed aliorum judicio isthæc permitto.

XX. Themistius sanè & Philopontus in iis, quæ §. IX. diximus, acquiescunt, neque ullius alterius limitationis mentionem faciunt, quibus multi alii viri doctissimi accedunt.

REGULA III.

Cujus causæ omnes sunt universales, illud ipsum est universale.

I. Proponimus hoc propter quoddam argumentum, quod olim in exercitio disputandi pro sententiâ Huberi à doctissimo quodam viro fuit propositum. Illud ita habet,

Cu;

Cujus

est

Sed o

h.

pe

E. & i

se a

II. R

esse ele

salis, h. e.

lia respo

mentale

principa

nare pos

III. S

lectu Ma

ciat, si ca

etiam re

talis. C

Nam ca

sum pr

admodu

râ, aut d

est pullu

Hinc ar

produc

instrum

sa univ

versalen

Cujus omnes causæ sunt universales, illud ipsū est universale.

Sed omnes causæ electionis sunt universales, h. e. extendunt se ad omnes homines, nempe dilectio Dei & meritum Christi.

E. & ipsa electio erit universalis, h. e. extendet se ad omnes homines.

II. Regestum fuit ad minorem, etiam fidem, esse electionis causam, quæ tamen non sit universalis, h. e. non sit omnium hominum. At inter alia respondet, fidem non esse causam nisi instrumentalem, omne verò instrumentum sequi suum principale, neque tanquam imbecillius determinare posse principale, tanquam fortius.

III. Solutio hujus argumenti consistit in intellectu Majoris, an nimirum ad veritatem ejus sufficiat, si causæ principales sint universales, an verò etiam requiratur universalitas causæ instrumentalis. Quod posterius nos quidem affirmamus. Nam causa principalis non potest agere & effectum producere deficiente instrumento, quemadmodum faber non potest secare deficiente serrâ, aut dolare lignū deficiente dolabrâ, neq; potest pullus excludi, nisi presente sufficienti calore. Hinc argumētum: Si nulla causa principalis potest producere effectum, cujus datur etiā aliqua causa instrumentalis, nisi adsit instrumentum, neq; causæ universales possunt producere effectum universalem, cujus quædam datur causa instrumen-

ralis, nisi & ipsa sit universalis. Est enim par ratio
Sed prius est verum, quemadmodum constat ex
dictis. Ergò

IV. Quod autem dicitur, instrumentum non
determinare causam principalem, duplicem de-
terminationem constitui posse arbitramur. unam
vocabimus contradictionis sive quoad exercitiū
& sic etiam si non semper instrumentum determi-
nat causam principalem, ut ita dicamus, *positivè*,
quia præsentem instrumentò non necesse est, agens
principali operari, sicut in agentibus liberis ma-
nifestum est. (potest enim faber præsentem ferrā
& omnibus ad secandum requisitis, non secare.)
determinat tamen semper *negativè*, quia nimirū
agens principale agere non potest absente instru-
mentò, sicut ex ante dictis constat; quemadmodu
vicissim agens principale determinat instrumē-
tum, cum nec instrumentum operari possit, nisi
agente causā principali. Atque ita, quando
omnes causæ principales sunt universales, ad
effectum tamen etiam instrumentalis requiritur,
determinat utique causā instrumentalis princi-
pales, quantum ad exercitiū, quia effectus
eorum non potest esse universalis, nisi instru-
mentum etiam sit universale. Sit exemplum;
Jubeat Rex eòdem tempore ad omnes civitates
sibi subiectas scribi diplomata, ita ut singula ad
singulas mittantur: Adsit scribarum numerus ju-
stus & qui numero civitatum respondeat, desit
quo-

quoque
sunt nec
ter calan
test esse
poterun
to. Alter
tis, vel q
lis vel ta
que inst
palem,
secundu
riante ca
quiequi
est ferme
litate eff
versale

V. N
instrum
& causa
ma ante
secunda
niversal
nim De
leone a
nerand
concur
non bo
quàm
exercit

quoque nihil eorum, quæ ad exarandas literas sunt necessaria, præterquam quod unus atque alter calamò destituatur. Certè hic effectus non potest esse universalis, h. e. non ad omnes civitates poterunt simul scribi literæ deficiente instrumēto. Altera determinatio potest dici contrarietatis vel quoad speciem, quâ nimirum effectus talis vel talis efficiatur. Et hæc ratione videtur quoque instrumentum determinare causam principalem, quemadmodum alius incessus est pede secundum naturam constituto, alius luxato. Variante calore variat concoctio in animalibus. Sed quicquid sit de hæc determinatione, de eâ hic non est sermo. Non enim questio est de specie & qualitate effectus, sed de universalitate, quæ per universale exercitium fit.

V. Nec quicquam ad rem facit, quod agens instrumentale sit debilius, principale fortius. Nâ & causa secunda & particularis est debilior, prima autem & universalis fortior, & tamen causa secunda & particularis determinat primam & universalem, i. quoad speciem effectus. Cùm enim Deus ad omnes effectus concurrat, ut cum leone ad generandum leonem, cum bove ad generandum bovem &c. quod jam ejus actione & concursu bos generetur, & non leo, jam leo, & non bos, hæc determinatio à leone & bove, tanquam causis particularibus, provenit, 2. Quoad exercitium, quia Deus tunc influit ad productionem.

nem leonis. cum leo ad generandum se applicat, non autem influit, quando se non applicat.

VI. Dixit etiam vir ille doctissimus, fidem non posse determinare dilectionem Dei & meritum Christi tanquam causas universales, quod iis sit posterior, posterius autem non posse determinare prius. Sed contrarium patet ex dictis. Causæ enim secundæ sunt posteriores primæ, quam tamen determinant, scilicet in agendo. Reliquæ, quæ circa propositum argumentum disputari poterant, Theologis relinquimus.

REGULA IV.

Omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se.

I. Nonnulli hoc exponunt de causâ primâ, nempe Deo, propterea, quod is ad omnia, quæ respectu secundarum causarum per accidens sunt, concurrat tanquam causa per se. Ita Pererius *L. XIX. Phys. c. III.*

II. Quantum ad causas secundas & particulares, dicunt, effectum per accidens reduci ad causam per se, non quæ sit causa per se illius, sed alterius, cum quò conjugatur effectus per accidens, ut cum fodiens terram ad faciendum sepulchrum invenit thesaurum, inventio thesauri, qui est effectus per accidens, refertur ad illum, qui fodit, tanquam ad causam per se, non quod sit causa per se inventionis thesauri, sed quod sit causa per se
fossio

fossionem
us. ib. & S.

III. I
per acci
illius ip
dum, plu
catio vo
effectus

unum il
Causam
te causæ
mum ef

ex *L. Phys.*
V. Phys.

cum cau
tribuitu

formam
causa pe
tur ab a

ctum ej
homo,

Cum di

per se, c

formal

tem dic

sam pe

Petrus,
cus, sed
hoc m

fossionis ad efficiendum sepulcrum. Ita Pererius ib. & Suarez *disp. Met. XIX. §. 7.*

III. Nos non dubitamus affirmare, effectum per accidens omnem reduci posse ad causam, quæ illius ipsius causa per se sit. Ad id verò ostendendum, plurimum faciet diligens distinctio & explicatio vocum. Cùm ergò causa per accidens & effectus per accidens sint opposita, quot modis unum illorum dicitur, tot & alterum dicitur. Causam per accidens dici duplici modo, ex parte causæ nimirum, & ex parte effectus, tritissimum est, & ex ipso Aristotele ostendi potest, ut ex *I. Phys. t. 47. II. Phys. t. 33 50. & 51. IIX. Phys. t. 32. V. Phys. t. 5.* & aliis locis. Illa idem est suppositum cum causâ per se, cui (supposito) quando effectus tribuitur, ut denominatur vel constituitur per formam, quæ est principium effectus, tunc est causa per se, quando autem id fit, ut denominatur ab aliquo accidente, aut ut est nudum subiectum ejus formæ, est causa per accidens. V. g. Idem homo, ut Petrus, est ædificator, est Musicus &c. Cum dico, ædificator ædificat, exprimo causam per se, quia ædificator per artem ædificandi, quæ formaliter est ædificator, ædificat. Quando autem dico, Musicus vel Petrus ædificat, adfero causam per accidens: non enim ædificat quatenus Petrus, vel quatenus homo, neq; quatenus musicus, sed quatenus ædificator. Causæ per accidens hõc modò sumtæ respondet effectus per accidens

N 5

ex

ex parte causæ, quomodo domus est effectus per accidens, si dicatur, Petrū vel Musicum eam extruxisse, effectus autē per se est respectu ædificatoris.

IV. Ex quibus patet, reductionem effectus huiusmodi per accidens ad causam per se esse querendam in ipsa causa, quæ alio atque alio modo concepta & causa per se est & causa per accidens: quemadmodum domus, quæ est effectus per accidens musici, causa per se adsignatur, quando ædificator eam extruxisse dicitur.

V. Alio modo effectus per accidens potest dici ex parte effectus, & hoc iterum bifariam, quod ipsum quoque ex *cit. postremis textibus* colligimus. Primò enim est effectus alius ab effectu per se, & dicitur effectus per accidens, quia sequitur effectum per se alicujus, aut ei coheret, eique respondet causa per accidens ex parte effectus. Hoc modò quando quis lapidem utri impositum tollit, ut uter sursum feratur, effectus per se illius est remotio lapidis, effectus per accidens, motus utris sursum, qui remotionem lapidis sequitur. Reducitur autem hic motus sursum ad gravitatem lapidis, vel ad ipsum generans. Secundò effectus per se & per accidens sunt eadem res, vel idem suppositum, quod sub unâ ratione est effectus per se, sub aliâ per accidens. eò modò, quò §. II. causa per accidens exponebatur, ut domus ab ædificatore effecta est alba, est intelligibilis. Domus igitur est effectus per se ædificantis, Sed cum dico:

hoc

hoc albu
dificato
te effect
à priori
te effect
catoren
se. Extr
ligibile
reductio
ti ad cau
ctu, cup
causa p
dum si
cas, effe
primas

VI. D
prætere
invenit
qui tan
quæ ip
hic nul
fodit.
effectu

VII
dam et
in se,
influy
ad mo
tione

hoc album, vel hoc intelligibile factum esse ab ædificatore, ex primo effectu per accidens ex parte effectus, sive sui ipsius. Et huic effectui aliò & à priori distinctò modò causa per accidens ex parte effectus respondet, qualis est cum dico, ædificatorem hoc album, vel hoc intelligibile extruxisse. Extruxit enim non quatenus album aut intelligibile, sed quatenus domus. Unde perspicitur, reductione effectus per accidens hòc pacto sumti ad causam per se, quarendam esse in ipsò effectu, cujus, si hòc vel illò modò concipiatur, illa causa per accidens est, si aliò, per se; quemadmodum si album ab ædificatore extructum esse dicas, effectus per accidens est; si autem domum exprimas, ædificator ejus causa per se est.

VI. Dicis: Cum regula de tecto cadens Petrum prætereuntem vulnerat, aut cum terram fodiens invenit thesaurum, sunt hi effectus per accidens qui tamen in nullam causam particularem per se, quæ ipsorum causa per se sit, referri possunt, cum hic nulla sit causa particularis, nisi regula, & is qui fodit. Hæ autem sunt causæ per accidens illorum effectuum, ut omnes admittunt.

VII. Resp. causa per accidens est duplex; quædam est talis ratione ipsius influxus, sive effectus in se, quia in eum reverà suã virtute non præstat influxum, quomodo se habet removens lapidem ad motum utris sursum. Quædam dicitur talis ratione concursus ejus, & alterius rei, vel etiã ratione
intea-

intentionis agentis, cū aliàs quantum ad influ-
xum, reverà & per se causà sit effectus. Hujusmodi
sunt causæ per accidens eæ, de quibus diximus §.
pres. Nam regula suâ vi & immediatè infligit vul-
nus Petro, dicitur a. causa per accidens proptereâ,
quòd per accidens est, Petrum tum, cū regula,
decidit, præterire. Sic per accidens est, quod Pe-
trus invenit thesaurum, proptereâ, quòd præter
ejus intentionem & scientiam fit; interim Physi-
cè loquendo, & quantum ad ipsum actum inve-
niendi, non minus vera causa est, quàm si studio
quæsitum thesaurum inveniret. Indicat hanc di-
stinctionem Suarez *diff. Met. XVII. §. 4.*

IX. Quantum ad prioris generis causas per
accidens, §. IV, diximus quomodo earum effe-
ctus referantur ad causam per se. Quòd vero atti-
net effectus causarum per accidens posterioris
generis de quibus §. VI. dubium movebatur, illæ
ipsæ causæ, quarum illi effectus per accidens esse
dicuntur, quatenus ab iis non intenduntur, aut
propter concursum quendam, sunt ratione influ-
xus in se eorum causæ per se, & proptereâ non o-
pus est, ut alia causa per se illorum assignetur.

IX. Perinde autem esse videtur, sive effectum
per accidens, sive ipsam causam per accidens ad
causam per se referamus, aut referri dicamus, &
utrumq; eadē operâ, eodemq; modo fieri ex dictis
satis manifestum est. Quemadmodum, dum mo-
tū utris sursum, qui removens lapidem effectus
per

per acci-
quàm ad
sam per a

DI

JOH

S Ign
II. I
c. II
illu
lum oper

II. S
reperia
lay & in
aya Jov
ral. c. V
Sic cum

per accidens est, ad gravitatem lapidis refert, tanquam ad causam per se, hoc ipso etiam illata causam per accidens ad causam per se reducis.

Disputationum Philosophicarum

OCTAVA

continens

REGULAS X.

circa doctrinam

CAUSÆ FINALIS

RESPONDENTE

publicè

JOHANNE GERWINGIO

Altenburgensi Misnico,

REGULA I.

Omnis finis est bonum quid.

I.

Significat hoc Aristoteles *I. Eth. c. I. & VII. II. Phys. c. II. & III. I. Polit. c. II. V. Metaph. c. II. & multis aliis locis.* Et pertinet huc illud vulgatum: *Nemo insensens ad malem operatur.*

II. Sed obstare videtur I, quòd quamplurimi reperiantur, quorum finis sunt voluptates *Φαύλαι & ἐπνεϊδισοι*, improbæ & probrosæ. Τὸ δὲ ἀγαθὸν ἐδέποτε ἐν Φαυλότητι ἔστι. *II. Magn. Moral. c. VI. Improbitas nunquam bonum admittit.* Sic cum avarus omnem lapidem movet, ut altius

ius